gest. Tr. 21. miraculose resurrexit [s] beatus Maternus, postquam 40 diebus iacuerat
mortuus in sepulchro. Post resuscitationem igitur dicti santi viri
idem beatus Maternus accedens Coloniam et ibidem predicationi [t]
fidei christiane devote insistens verbo quoque [u] et miraculis clare=
gest. Tr. 26. scens populum Coloniensem convertit ad fidem christianam, pri=
mus ibidem sedens in pontificatu, prout in sequentibus appare=
bit. Post ipsius [v] autem decessum non invenitur in scripturis [w]
aliquis alius sibi in cathedra successisse usque ad tempora beati
cat. I. et III. Severini, qui eidem successit post 314 [x] circiter [y] annos. De qua
quidem longa vacatione varie sunt apud varios coniecture, ut
quia vel civitas Coloniensis in paganismum relapsa nullos habuit
pontifices, vel si qui forsan ibi prefuerunt [z], latebant occulte
propter persecutionem fidei christiane temporibus illis crudeliter
sevientem. Remansit autem dictus baculus sancti Petri apud
ecclesias Coloniensem et Treverensem [a] et usque in presens inter
religuias sanctorum in veneratione [b] habetur. Et [3] propter hanc
causam sicut [c] fertur dominus [d] papa hodie non utitur baculo pastorali.

3] cf. leg. s. Materni ex cod. Monac. editam ap. Friedrich Kirchengesch. I, p. 422.

B. Maternus primus archiepiscopus Coloniensis. [e]

cat. I. et II. gest. Tr. 26. Anno igitur [f] incarnationis dominice 94 sub Domiciano Roma=
norum imperatore beatus Maternus primus sedem pontificalem
Colonie Agrippine adeptus post obitum beatorum Eucharii Trevero=
rum [g] insimul et Tungrensium [h] episcopus fuit seditque in ponti=
cat. III. cod. 4. ficatu annis 40 et diebus 40 [i]. Predicavit autem idem vir sanctus

s) surrexit 1. t) predicacione 3. u) verboque 2. v) istius 2. w) non in scr. reperitur 1. non invenit scr. 3. x) 253 cod. 4'. y) circiter deest 2. z) prefuerant 4. 4'. 4''. a) Trev. et Col. 4. 4'. 4''. b) veneracionem 3. c) sicud 3. d) domnus 4. 4'. 4''. e) Col. arch. 2. Maternus 4. 4'. 4''. Variant saepissime ne dicam semper in codd. singulorum archiepiscoporum inscriptiones. Brevitatis causa ubique nullis adiectis notulis inscriptiones cod. 1 retinuimus. f) igitur deest 3. g) Treverensium 2. h) Tongurorum 1. Tungurensium 3. i) ann. 42 et d. 42 codd. 4'. 4''.